




hæc tibi esto, 25. dant 428
quantum emergat ex toto?
multiplica 100 cum 42. &
prodibunt inde 4200, ea si
diuiseris in 25. passus habe-
bis in quantitate 168. quæ
turris ppositæ erit altitudo,
cuius adeo rei speculatiõem
tibi imagine huiusmodi, si di-
uidas vmbra in partes 25.
siue partium Turris habebit
in sua altitudine centum.

Mésuratio ista exp̄s̄
sa est hoc typo.

PROBLEMA TERTIVM

*Quomodo sibi constet altitudinum dimensio ex umbra tum Solis tum
Lunæ cadente Horoscopij filo super puncta umbræ uersæ?*

NOtatu dignum est, opus non esse, quoties aliquid per vmbra voles metiri, te semper
ad eam progredi, sed rursus sic Solis Lunæue radios per pinulas excipe, & puncta q̄ fi-
lum contingit obserua, & ne hic putes te decipi, scias si eandem hoc tempore vmbra ali-
quis passibus vel vlnis metiatur te altitudinem illam æque iusta demesum esse ac si vmbrae



passus exacte numerasses.
Atq; vt nihil qd̄ aliquo mo-
do hic accidere posset demit-
tatur, exemplum etiam tibi
proponam huiusmodi, Esto
cecidit iam filum super 75
puncta vmbrae versæ, vmbrae
in longitudine passus
habeat 240. Tu igitur ex
præscripto pro regulæ Phi-
losophorum dic, 100. præ-
bent mihi 75. quid perue-
niet 240. tibi fanè si mul-
tiplicatis 140. cum 75. e-
mergent inde 1800. qui-
bus diuisis in 10. ea ipsa di-

uisio passus dabit 180. iustam nimirum Turris illius altitudinem. Vfus huius dimen-
sionis ex proposita figura colligi potest facillime.

PROBLEMA QVARTVM

*Quid si citra omnem Solis & Lunæ umbram, quorumcūq; ædifi-
ciorum altitudines ex Solis ex Solis pinnacidijs colligere uoles?*

VOlens Turris alicuius altitudinem cū Horoscopio metiri, planiciem tibi in hoc elige
vt sic commodius ipsam quoq; Turrim possis adire. Insuper Horoscopion in altum
subleua ante faciem tuā, teq; ipsum recte conuerte ad Turrim, & apicem turris diligenter
per